


**De Veritate Religionis Christianæ eiusq[ue] præ cæteris Lutheranæ, ... in Illustri  
Gymnasio Güstrovix Theses quasdam publicè exquirendas Præsidi Joachimo  
Otto. Rectore suo venerabili, d. [ ] Martii A. 1710. proponit ad Academiam  
abiturus Samuel Christfried Starck, Dargunô-Mecklenb.**

Güstroviæ: Lembkius, 1710

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn832088641>

Druck Freier  Zugang





DK-9453-(1)

23  
De  
VERITATE  
RELIGIONIS  
CHRISTIANÆ

ejusq; præ cæteris

LUTHERANÆ

*ex Galat. I. v. 8. 9.*

per DEI gratiam

in Illustri Gymnasio

GÜSTROVIÆ

Theses quasdam publicè exquirendas  
PRÆSIDE

JOACHIMO OTTO.

RECTORE suo venerabili,

*d. Martii A. 1710.*

proponit

*ad Academiam abiturus*

Samuel Christfried Starck/

Dargunô - Mecklenb.

GÜSTROVIÆ,

Typis JOH. LEMBKI, Typographi Aulici.

MK

6  
82  
LUTHERANUM,

PRINCIPE

OLO

DO,

E TERRAE

GICAE,

E GENTIS

GI, COMITE

ROSTOCHII

LASTAE,

O

MENTISSIMO

IE SACRA,

M. DCCXVII.

AE,

*Progr*

que in medium prodibunt; con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r  
cembr. A. MDCCII. horis ante  
**HARDUS PHILIPPU**  
De corruptione hujus Seculi,  
**EL HENRICUS SII**  
ffitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei  
**STOPH. FRIDER. MANI**  
fferentismi appellatione, tam  
significatio  
**NNES LAURENTIUS**  
De hominum recens indiffere  
**CUS VALENTINUS J**  
sione hominum, maximè Pol  
**NNES PETRUS NEU**  
obligatione hominis ad notiti  
**IAEL HENRICUS CU**  
atione ad notitiam specialem  
**TAVUS ERICUS FOL**  
one ad veritatem cœlestem contr  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS KNEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus **SERENISSIMO**  
**NUTRITIO** & omnibus præsentibus, carmine **Germ.**  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

**VIRO**

**PRÆNOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO,**  
*atq; CONSULTISSIMO*

**DNO. JOACHIMO NE-  
SEN,**

Confiliario Aulico spectatissimo  
ac Civitatis Güstroviensis Consuli  
gravissimo, Domino in Lüffow,  
*Patrono atque Evergetæ suo multis nomi-  
nibus venerabili;*

nec non

**VIRO**

**PLURIMUM REVERENDO, CLARISSIMO,**  
*atque DOCTISSIMO*

**DNO. HENRICO WIEN-  
CKEN,**

Pastori Ecclesiæ Levinensis vigi-  
lantissimo & meritissimo,  
*Affini suo atatem devenerando,*

**HAS SCHOLASTICÆ OPERÆ PRIMITIAS**  
cum voto perennantis prosperitatis,  
in grati animi tesseram

**D. D. D.**

**RESPONDENS.**

IMMANUEL!

CAP. I.

Exhibet ipsum Dictum  
ejusque paraphrasin.

Gal. I, 8.

Ἀλλὰ καὶ ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ ἕρα-  
νῶ εὐαγγελίζηται ὑμῖν, παρ' ὃ εὐηγγελισά-  
μεθα ὑμῖν, ἀνάθεμα ἔστω· ἡ. 9. ὡς προ-  
εῖρηκαμεν, καὶ ἄρτι πάλιν λέγω, εἰ τις ὑμᾶς  
εὐαγγελίζεται παρ' ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα  
ἔστω·

§. I.

**I**N media licet DEI Ecclesia vivamus,  
affluentes omnibus divitiis gratiæ  
divinæ, quibus recreari potest anima  
in omnem cœlestem planè vitam, non  
tamen desunt nobis insidiæ sive carnis  
sive mundi & Satanæ, quibus variè ex-  
ercetur fides nostra, ut subinde etiam  
impetum faciat peccatum, quod in no-  
bis est, suis quidem dubiis contra ipsam  
ver-

A 2

84  
THERANUM,

RINCIPE

OLO

DO,

TERRAE

ICAE,

E GENTIS

GI, COMITE

ROSTOCHII

LASTAE,

O

MENTISSIMO

IE SACRA,

M. DCCXVII.

AE,

*Progr*

que in medium prodibunt, con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r  
cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,  
**EL HENRICUS SII**  
ffitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**  
fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere  
**CUS VALENTINUS J**  
sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**  
obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**  
atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem contr  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**  
ione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS KNEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO  
NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

veritatem fidei christianæ. Ea nimi-  
rum est corruptio humanæ naturæ, ut  
ea etiam, quæ ipsos sensus feriunt, in du-  
bium sæpius vocentur, multò magis,  
quæ à sensibus recedunt quam longissi-  
mè, quæque sunt puræ fidei, & quæ no-  
bis non patent, nisi ex revelatione cœle-  
sti: Quæ labes cum maneat etiam in ipsis  
fidelib9, quamdiu originis peccatum ipsis  
inhæret (hærebit autem ad finem vitæ,  
ut semper oporteat remissionem pecca-  
torum petere Matth. vi, 12.) quid mi-  
rum, etiam renatos subinde vexari scru-  
pulis suis circa fidem, non quasi ipsis  
consentiant, sed quod cogantur etiam il-  
los intra animum sentire. Quare reli-  
quum est, ut agnoscamus semper, nos  
ea virtute conservari in fide, quâ DEUS  
ex morte vitam restituit, Ephes. i, 19. seq.  
id simul operam dantes, ut veritatem  
christianæ fidei semper ante oculos no-  
bis ipsis ponamus, ejusque rationem tam  
perspicuè aliis exponamus, ut, si sani  
sunt, nihil habeant, quod solidè opponant.  
Audiamus jam ipsum Paulum loquen-  
tem Gal. i, 8. sq.

§. II.



§. II.

Conversi erant Galatæ, gens Gal-  
liæ Græcis mixta, incolæ Asiæ mi-  
noris ad Pontum Euxinum, ubi post  
mortem Alexandri M. confedère, con-  
versi, inquam, erant ex tenebris suis,  
quibus tanquam gentiles immerfi, ad  
veritatis lucem, à potestate Satanæ ad  
DEUM, ex mortuis ad vitam, per Ev-  
angelium JESU CHRISTI, quod Pau-  
lus inter ipsos prædicaverat. Discesse-  
rant tamen paulò post in aliam mentem  
evangelii eamque diversam à Paulo, qui  
ipsum vocaverat in gratia CHRISTI v.  
6. adeò, ut periculum esset salutis exci-  
dentibus iterum gratia DEI, Cap. v, 4.  
ipsumq; opus esset iterum parere & trans-  
ferre in formam Christi, Cap. iv, 19.  
Persuasi quippe erant auctoritate alio-  
rum, qui post obitum Pauli necessita-  
tem ipsis circumcidendi imponebant,  
aliasque leges Judaicas servandi, velut  
nondum plenius essent informati à Pau-  
lo ad salutem: adeoque fidei etiam con-  
jungere volebant legis opera ad justifi-  
cationem coram DEO.

A 3

§. III.

UTHERANUM,

PRINCIPE

OLO

DO,

E TERRAE

GICAE,

E GENTIS

GI, COMITE

MROSTOCHII

NASTAE,

O  
MENTISSIMO

AE SACRA,

M. DCCXVII.

AE,



Progr

que in medium prodibunt, con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A.MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

ffitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS ]**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem contri  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO

NUTRITIO & omnibus presentibus, carmine Germ.

roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

His ergò quam gravissimè se op-  
ponit Paulus: *Si etiam nos*, inquit,  
nos qui sumus uno Spiritu congregati,  
v.2. quos inter ipse ego Paulus ceu A-  
postolus sum v.1. cum inter vos, Gala-  
tæ, me absente, nullus Apostolus more-  
tur. At quantum nomen *Apostoli*, in quo  
ipse CHRISTUS loquitur plane singu-  
lari modo, ut nec metus subesse possit  
erroris in fide Rom. xv, 18. 2. Cor. XIII, 3.  
dum fundamenti loco simul debet esse  
doctrina Apostolica Ephes. II, 20. *Si et-*  
*iam nos omnes Apostoli*, quibus inter  
homines nullus major ad verba fidei fa-  
cienda I. Cor. XII, 28. quique omnes non  
possunt simul consentire in errorem, si  
singuli possent, quia Spiritum habent si-  
bi promissum ad omnem veritatem,  
Joh. XVI, 13. eumque constanter penes se-  
se futurum Joh. XIV, 16. Et si possent  
etiam errare omnes, quamdiu homines  
sunt ad lapsum pariter proclives Rom.  
VII, 14. 18. non tamen Angeli, confirma-  
ti jam in veritate Matth. XIX, 10. Jam  
*si Angelus etiam ex cœlo*, de cujus bonita-

te & veritate non licet vobis, mei Galatæ, dubitare, sed omninò oportet ejus auctoritatem sequi, *si etiam Angelus*, quicumque tandem sit, sive ex thronis sive ex Principibus sive ex Potestatibus (gradibus enim suis gloriæ. & potestatis ipsi Angeli inter se differunt Col. 1, 16.) si tandem *quisque Angelus*, quod majus esset ad sequendum auctoritatem, quâ induci vos passi estis Galatæ, *εὐαγγελίζηται*, *si CHRISTUM* vobis ostendat, prædicet, explicet in illo salutem & quamcunque lætitiæ vocem afferat ad gratiam Dei consequendam, ut æternum vobis benè sit, ea etiam mente, ut nolit fidem JESU ex animis vestris prorsus eversum ire, sed tantum velit quædam addere *παρ' ὃ εὐαγγελισάμεθα ὑμῖν*, juxta, supra & præter quod Evangelium vobis diximus, velut non plenius à nobis informati essetis tunc præsentibus, *ἀνάθεμα ἔστω*, removeatur ille ab omni societate, unde potest ipsi bene esse & auxilium fieri, non Angelorum tantum & hominum fidelium, sed Dei etiam, ut nullus sit gratiæ locus, nullus vitæ,

A 4 sed

86  
LUTHERANUM,

PRINCIPE

OLO

DO,

E TERRAE

GICAE,

AE GENTIS

GI, COMITE

MROSTOCHII

NASTAE,

O  
MENTISSIMO

AE SACRA,

M. DCCXVII.

AE,

Progr

que in medium prodibunt, con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

ffitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS ]**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem contr  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.

roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

sed æternum pereat suis cruciatibus.  
Non est, ut addam *μαρὰν ἀθά*, extre-  
mam illam Judæis suetam execratio-  
nem, dum ipsum Angelum etiam subji-  
cio anathemati huic meo, qui non aliter  
potest puniri, quàm ut planè removea-  
tur à facie Dei, sine fine in tormentis  
futurus, quia spiritus est, cui ex his ter-  
ris nihil mali potest inferri, neque tamen  
interire potest, cum nihil habeat intra  
se, quod posset ipsum destruere, neque  
ab ira divina liberari potest, aut ullum  
sensum gratiæ & dulcedinis sentire, dum  
justus DEUS est vindex in eos, quibus  
nec voluntas nec ulla ratio potest esse  
reliqua satisfaciendi Ps. v, 5. seqq. DEO  
enim qui est ita devotus & traditus, fal-  
lens quippe tam protervè homines, ut  
ex suo ingenio velit audeatque aliam sa-  
lutis viam ostendere, quàm quæ potest  
esse & ab ipso DEO statui, velit etiam  
addere aliquid evangelio quasi insuffici-  
enti ex operibus quidem humanis, quæ  
semper mixturam aliquam habent ma-  
litiæ & vanitatis Rom. vii, 14. 18., quomo-  
do potest ille ab incendio iræ divinæ li-  
bera-

berari, quomodo effugere æternam mortem? Equidem se ipsum quondam Moses ex libro vitæ deleri volebat Exod. xxxii, 32. ipseque etiam idem ego in votis habui, Rom. ix, 3., sed dum ex amore id factum salutis aliorum, ubi præstat unum etiam æternum perire, quam multos, dum fundamentum salutis, quod est in mera gratia DEI in JESU CHRISTO I. Cor. iii, ii. saluum intactumque remansit, non potuit locum apud DEUM invenire illa anathematis voluntas, quæ apud nos homines fuit, ut impleretur. Verùm in hac defectioe vestrà, *mei Galatæ*, cum fundamentum petatur salutis ut ruat, quicumque tandem auctor fuerit ad eandem, vel adhuc sit & amplius esse velit suasor, nihil sibi ipsi apud DEUM relinquit, unde possit absolvi à damnationis reatu, iræque divinæ justissimo sensu. Ipsi reputate apud animum, ecquis finis sit circumcisionis, quam adeo urgent adversarii in carne vestra? annon ut signum esset certò futuri CHRISTI ex semine Abrahami & Judæorum? Quis finis reliquorum rituum

A 5                      Juda-

87  
 U T H E R A N U M,  
 P R I N C I P E  
 O,  
 O L O  
 D O,  
 E T E R R A E  
 G I C A E,  
 A E G E N T I S  
 G I, C O M I T E  
 M R O S T O C H I I  
 N A S T A E,  
 O  
 M E N T I S S I M O  
 A E S A C R A,  
 M. D C C X V I I  
 A E,

*Progr*

que in medium prodibunt; con-  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r  
cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,  
**EL HENRICUS SII**  
ffitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**  
fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere  
**CUS VALENTINUS J**  
sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**  
obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**  
atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**  
one ad veritatem cœlestem contr  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**  
ione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS KNEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO  
NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

Judaicorum? annon ut figura essent fu-  
turæ satisfactionis CHRISTI, utque ho-  
mines eò anxius & ardentius sibi expe-  
terent liberationem à tanto onere legis  
& impuritate animæ in sanguine CHRI-  
STI? Jam venit CHRISTUS, satisfecit  
pro nobis in infinitum, omnemque gra-  
tiam DEI nobis iterum peperit, deletis  
peccatis totius mundi, ut ne memoria  
quidem restet apud DEUM nostrorum  
criminum, postquam CHRISTUS suum  
ipse sacrificium interposuit Ebr. X, 14.  
sq. Ergo tollit ille omnem satisfactio-  
nem CHRISTI, tollit omnem DEI gra-  
tiam, planeque mutare vult tam beni-  
gnam voluntatem DEI de salute nostra in  
JESU CHRISTO, aut non sufficere pu-  
tat iræ divinæ mortem CHRISTI, qui-  
cunque adhuc urget circumcisionem a-  
liasque leges ad obtinendam salutem,  
quarum tamen unicus finis est CHRI-  
STUS ejusque meritum, ut in eodem  
finiantur Rom. x, 4. In tanta verò pro-  
tervia voluntatis contra DEUM, quâ  
factum infectum etiam esse putatur,  
quaque ipsi fines rerum à DEO consti-  
tuti

tuti perturbantur, quis potest coram DEO subsistere, quis vindictam divinam evitare?

§. IV.

Tanta est, mei Galatæ, certitudo Evangelii mei, quo sine concursu ullius operis ex Veteri Testamento nos salvos fieri oportet, quodque vobis ego prædicavi, ut nec DEUS possit contradicentem à maledictione liberare, dum justus est, nec probare unquam potest aut impunè dimittere, quod sibi creatura sumit contra voluntatem creatoris Ps. v. 5. Equidem & Judæi, qui nomen CHRISTO dederunt, ipseque etiam ego Hierosolymis Mosaiscos adhuc ritus subire non recusamus Act. xxi, 26.: verum libertatis hæc res est, non necessitatis, quamdiu templum spectatur Hierosolymitanum. Vos verò non Hierosolymis versamini, non opus est vobis Judæorum gratiam ambire, non metuere quicquam à Judæis. Ecclesia enim estis CHRISTO ex ipsis gentilibus collecta, iisdem gratiæ donis cum Judæis Christianis beati, inque nulla re ipsis inferiores.

§. V.

UTHERANUM,

RINCIPE

OLO

DO,

E TERRAE

GICAE,

AE GENTIS

GI, COMITE

MROSTOCHII

NASTAE,

O

MENTISSIMO

AE SACRA,

M. DCCXVII.

AE,

*Progr*

que in medium prodibunt, con-  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r  
cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

ffitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS T**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOR**

one ad veritatem cœlestem conti  
erroresqve fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO  
NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atqve Fautores optimi

Quare adhuc repeto, ne temerari-  
us vobis videar, vel ex nimio fervore  
animum præcipitâsse v. 9. *Sicut jam an-  
te diximus*, idque ex communi & volun-  
tatis & scripturæ consensione in unam  
fidem veritatis, quæ est in JESU no-  
stro penes omnes fratres, qui præsto  
mihi sunt, v. 2. *etiam nunc iterum ego dico*,  
ut intelligatis, me in communi illo con-  
sensu ecclesiæ contineri meque abesse sic  
quam longissimè à temeritatis crimine,  
etsi vel maximè alii essent mutabiles,  
me tamen ceu Apostolum non posse ita  
deficere, qui sum per JESUM CHRI-  
STUM non ab homine neque per homi-  
nem v. i. non muto mentem, nec verba,  
nec stylum, sed quod sentio, etiam dico  
& scribo in testimonium fidei, quam  
publicè profiteri oportet, ut qui hanc  
epistolam legerit, me etiam loquentem  
audiat, & confirmantem iterum, quæ  
paulo ante dixi, εἰ τις si quis, cujuscunq;  
nominis aut generis fuerit, ὑμᾶς εὐαγγελί-  
ζειται, tantum amorem præ se ferat &  
CHRISTI & vestrùm, ut planè etiam  
VOS

vos perfundere vellet evangelio, sed *παρὸ  
ὁ παρελάβετε, præter & juxta quod accipi-*  
ftis ex viva informatione mea, quam  
baptismus excepit, omnisque gratia  
SPIRITUS Sancti cum suis donis cap.  
III, 25. non tantum præter & juxta illud,  
quod jam scribo, ille *ἀνάθεμα ἔστω*, diris  
esto devotus omnibus. Adeo omnem  
veritatem fidei coram exposui, qua salu-  
tatem habemus ex sola DEI gratia in  
JESU CHRISTO, sine ulla accessione  
bonorum operum, ut qui in contrarium  
velit discedere, suæque salutis fidei vel  
quicquam adjungere ex lege, unde si-  
mul oporteat salvum fieri, & gratia  
CHRISTI & spe salutis planè excidisse  
censeatur, cap. v, 4.

§. VI.

In eum modum, in eam amplitu-  
dinem nobis videatur hætenus Paulus  
verba fecisse de veritate fidei Christia-  
næ eaque absoluta & immutabili. Atq;  
gratias DEO nos omnino agamus, quod  
idem factum sit per Scripturam, unde  
ad nos etiam pervenit eadem veritatis  
cer-

UTHERANUM,

PRINCIPE

D,

OLO

DO,

E TERRAE

GICAE,

AE GENTIS

GI, COMITE

MROSTOCHII

NASTAE,

O

MENTISSIMO

AE SACRA,

M. DCCXVII

AE,



*Progr*

que in medium prodibunt, con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

ffitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS T**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem contr  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

ione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO  
NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

certitudo Neque enim alia nudis ver-  
bis, alia scripturis tradidit Apostolus,  
sed unam eandemque mentem & literis  
expressit & confirmavit, quò nobis per  
omnes partes norma fidei sit scriptura,  
ad quam provocare oportet contra  
quamcunque aliam hominum traditio-  
nem. Pergamus nunc ad ea, unde et-  
iam per DEI gratiam cum homine quo-  
cunque, si vel parum sanus est, velitque  
audire verba, concludere & progredi li-  
ceat ad omnem veritatis nostræ certi-  
tudinem.

**CAP. II.**

De

**Veritate Religionis Chri-  
stianæ & præ aliis Luthe-  
ranæ.**

§. I.

**D**EUM esse in iis ponit Apostolus,  
quæ ipsos sensus feriunt Rom.  
I, 19. sq. remque tam manifestè  
urgent,

urgent & loquuntur omnia, quæ penes hominem sunt, si vel parum attendere velimus, ut nulla malitia major, quàm quæ hîc in contrarium velit niti, dum quæcunque sensus & ratio habent, planè ita subvertuntur: ipsique inde athei vel inviti coguntur DEUM fateri, provocantes subinde ad naturam & spiritum communem, ceu voces, quæ ipsis asyllum præbent impietatis suæ. Ast quid natura, quid spiritus ille communis, quem infinita sanè oportet esse sapientia & virtute in tam stupenda rerum structura & harmonia, quid inquam aliud est quàm ipse DEUS? Et mirandum omnino est & dolendum, in re tam aperta viros tamen magni ingenii eò prolabi posse, ut vel DEUM esse negent vel dubitent, confisi quippe suis ingenii viribus, quibus ad quævis magna abripiuntur, tamque varia animo complectuntur, ut nec rei diutius inhærere, nec se ipsos cogitare satis queant, pœnas sic dantes incogitantæ suæ & justas & horribiles, dum faciunt intelligendo, ut nihil intelligant.

§. II.

82  
 U T H E R A N U M,  
 P R I N C I P E  
 D,  
 O L O  
 D O,  
 E T E R R A E  
 G I C A E,  
 A E G E N T I S  
 G I, C O M I T E  
 M R O S T O C H I I  
 N A S T A E,  
 O  
 M E N T I S S I M O  
 A E S A C R A,  
 M. D C C X V I I.  
 A E,

## §. II.

Eò nimirum DEUS providit etiam post lapsum, ne omnem amitterent homines veritatem in agnitione DEI, sed eandem etiam in iniquitate retinerent Rom. I, 18. tanquam conscii actionum rerumque suarum, & iudices sui ipsorum futuri, quibus ne locus quidem esset in justo DEI judicio se excusandi Rom. I, 20. Rationales enim creaturæ sunt, quas causas etiam miseræ & damnationis suæ scire oportet, ut justus DEUS sit, ergo DEUM etiam nosse oportet, sicut ipsi dæmones etiam credunt DEUM esse & contremiscunt, Jac. II, 19. idq; adeo verum, ut neq; post lapsum homo nasci possit aut esse sine inscripta DEI lege. Rom. II, 15.

## §. III.

Quare licet semper sint risores DEI & athei in corde etiam suo, non tamen gens ulla eò publicè potuit dementiæ pervenire, ut cultum omnem DEI negaret, remque divinam è mundo etiam planè tolleret, quam in corde amplius habe-

Progr

que in medium prodibunt; con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPUS**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

effitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS J**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem conti  
erroresqve fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO  
NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.

roni Magni, literarum Promotores atqve Fautores optimi

habere noluit malitia, ne scilicet deesset unquam in terris divinæ veritatis testimonium, unde ipsi homines suæ impietatis arguantur.

§. IV.

Quantacunque autem veritas illa naturalis sit, quæ est in agnitione DEI, non tamen eò potest pervenire homo, ut in eadem acquiescere liceat atque explere desiderium. Quæ enim satietas, ubi nihil constat de benigna DEI voluntate contra mortem, nihil de salute nostra? Quæ spes & fiducia, ubi planè perturbatur animus, nihilque tutum esse potest, ne sensu quidem divinæ gratiæ relicto in mortis hora? Quæ enim de DEO intelliguntur ex natura, generalia modo sunt, ipsum nempe esse creatorem omnium rerum, esse omnipotentem, sapientissimum, esse in se bonum & justum Dominum. Sed quæ scientia rei, quæ in generalibus modò consistit, maximè in iis, quæ nos scire simpliciter oportet, si velimus salvi esse? Quid juvat, nôsse Regem magnæ gloriæ, magnæque bonitatis, nôsse etiam eundem esse meum

B Domi-

82  
LUTHERANUM,

PRINCIPE

OLO

DO,

E TERRAE

GICAE,

AE GENTIS

GI, COMITE

MROSTOCHII

NASTAE,

O

MENTISSIMO

AE SACRA,

M. DCCXVII.

AE,

*Progr*

que in medium prodibunt; con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

effitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS J**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem contri  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.

roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

Dominum, cum timere ipsum semper oporteat ex mortis sententia, quæ tibi imminet, nihilq; tibi pateat specialius, quæ via ipsum adire liceat, ut placeas iterum legemq; mortis ipse avertas? Neq; enim Reges se coli volunt ex nostro arbitrio, sed ex sua voluntate, quam Magister morum præscribit. Quin nec ipsis omnes statim placent, quos alunt magnitudine quadam animi aut opinione magnificentia suæ ducti. Quomodo vero DEUM ita facile nobis fingere velimus ejusque cultum ad ingenium nostrum, quasi ipsi possit etiam placere, quod nobis placet? Majestatis Dominus ipse est & gloria infinita, quem cum metu & tremore adire oportet, non ex persuasionem mentis nostræ, sed juxta ipsius voluntatem, quam ipse præscripsit, ne cultus sit alienus, aut alienum quid DEO offeratur, quod non potest ipse probare, dum alienum habet fontem bonitatis suæ, quæ nulla est extra DEUM. At verò unde patet naturæ tam certus DEUM colendi, tamque gratus ipsum adeundi modus? Quis animum

mum hîc solari potest inter tot mentis  
 rerumque turbas, in tanta virium infir-  
 mitate, quâ nec ea præstare & perficere  
 licet, quæ lex naturæ præscribit, ut si  
 vel parum attendat, seque ipsum ex-  
 plorare velit homo, non possit non se i-  
 ipsum semper accusare, ignarus insuper,  
 quâ DEUM ratione sibi iterum conci-  
 liare queat, & peccata delere: *non per pœ-  
 nitentiam*, quæ mutat mentem modò,  
 non factum, neque justitiæ quicquam  
 restituit, sicut fur pœnitens quæ ablata  
 jam decoxit, non reddit, neque læsæ ju-  
 stitiæ facit satis, restituendo iterum et-  
 iam subducta: *non per emendationem vitæ*,  
 quæ inter tot illecebras carnis & pecca-  
 ti impetus non potest esse serua, & quæ  
 æquè minus gratiam sibi potest promit-  
 tere judicis ac fur promissis suis, se in  
 posterum abstinere velle à rebus alienis:  
*non denique per munera & sacrificia*, quæ  
 sicut infra hominis dignitatem sunt, ita  
 nec quicquam habent in se, quo sceleris  
 memoriam apud DEUM possunt tollere.

§. V.

Nihil ergo habet naturalis religio,  
 B 2 quò

LUTHERANUM,

PRINCIPE

O,

OLO

DO,

E TERRAE

GICAE,

Æ GENTIS

RGI, COMITE

IMROSTOCHII

ENASTAE,

NO

MENTISSIMO

TAE SACRA,

M. DCCXVII.

AE,

Progr

que in medium prodibunt, con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A.MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

effitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS ]**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem conti  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO  
NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.

roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

quô possit niti ad fiduciam gratiæ divi-  
næ, mentemque suam tranquillandam:  
*non lumen natura*, quippe quod debile ni-  
mis est ad rem tanti momenti exponen-  
dam, nihil certi promittens de gratia di-  
vina, hominemque simul permittens  
superstitioni suæ, adè ut nulla gens, et-  
iam sapientissima, quæ lumen naturale  
simpliciter sequuta, sine idololatria fue-  
rit crassissima: *non pietatem*, quæ in tam  
pravis concupiscentiæ motibus, quibus  
subinde homo impellitur, nulla est, &  
larva modò veritatis, dum ipsum cor  
DEUS introspicit, omnemque volunta-  
tem hominis, atque omne illud pecca-  
tum est, quod quacunque ratione à lege  
DEI recedit, & ab ipso rectæ rationis di-  
ctamine, i. Joh. III, 4: *non denique oracula*  
*gentilium*, quibus si quid sani inest, ex  
naturæ lumine inest, quod cunctis est  
commune, non ex superiori lumine.

§. VI.

Itaque aliam oportet esse religio-  
nem, eamque talem, quæ habeat I. *Ver-*  
*bum DEI revelatum*, cum quo per omnes  
partes conveniat, & in quo certiora eaq;  
pla-

planè sufficientia ad salutem monstratur. Ad DEUM enim reducat hominem religio, ergo DEUM etiam ipsi monstrat in sua gloria, non sanè aliena luce, sed ipsius DEI revelantis & illuminantis, sicut sol non alia, nec phosphori proximè antecedentis, sed sua solâ se luce conspiciendum præbet. II. *Vim sibi insitam eamque divinam ad illustrandam DEI gloriam, qua convertantur homines, propositis etiam id propter quibuscunque mundi inimicitis, ut nihil ex fide in mundo sit expectandum præter calamitates. Ad fidem verò illam ex plena voluntate transire, quæ nihil habet ex ratione, nihil ex mundo, sed crucem potius, quis velit sibi relictus homo, nisi divina planè virtute moveatur. Et religio tamen mundum oppugnare debet eique planè contraria esse, dum non potest ea sapere, quæ mundus, nec eadem sequi, sed altiora quæq; & à mundi conclusionibus abhorrentia.* III. *Summe sanctitatis præcepta, & pietatis studium intensissimum.* Ad DEUM namque ducit religio, qui est sanctus, qui que nihil probare

B 3

86  
 LUTHERANUM,  
 PRINCIPE  
 DO,  
 E TERRAE  
 GICAE,  
 AE GENTIS  
 GI, COMITE  
 MROSTOCHII  
 NASTAE,  
 O  
 MENTISSIMO  
 AE SACRA,  
 M. DCCXVII.  
 AE,



Progr

que in medium prodibunt; con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPUS**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

ffitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS T**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem contr  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

ione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.

roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

bare potest, nisi quod est perfectissimum,  
cui planè nihil deest ad sanctitatem.

IV. *Pacem conscientia & tranquillitatem.*

Perficere enim hominem debet religio,  
non turbare, dum conjungit eum cum  
DEO, non repellit, adeoque ostendere  
debet DEUM reconciliatum planè, ut  
nihil sit timendum amplius, ipsumque  
etiam monstrare fundamentum recon-  
ciliationis firmissimum, cui tutò possit  
inniti conscientia, adeò, ut peccatorum  
remissionem omnemque gratiam à DEO  
etiam postulare jure nobis liceat, quo  
fine non est pax conscientia. V. *Feli-*

*cem tandem transitum ex hac mortalitate  
in aeternam vitam.* Salutaris enim debet

esse religio omnibus, nec ulli viam gra-  
tia intercludere. Quæ enim religio,

quæ cum hac vita terminatur, quæque  
vana est post hanc vitam? immortalis

animæ est religio, quæ DEUM adit ceu  
fontem omnis vitæ & Patrem omnis

gratia, ea quidem fiducia, qua postulare  
etiam potest & debet omnem vitam,

Ergo deserere non potest religio un-  
quam animam, sed eandem vitæ suæ  
restit-

restituere, quæ est in agnitione veri DEI  
 ejusque gratiæ. Quæ si abest fiducia  
 ejusque fundamentum, inutilis est reli-  
 gio omnis, nec quicquam animam im-  
 mortalem juvat. Dumque omnes ho-  
 mines æquali prorsus natura gaudent,  
 & æquali etiam sorte continentur, ut  
 idem sit in mundum introitus & idem  
 exitus, palam est, veram religionem et-  
 iam ad omnes pertinere, omnibusque  
 etiam esse æque salutarem, ut nullus pos-  
 sit nec debeat excludi, sed quicumque  
 eam amplectuntur, eisdem etiam salu-  
 tem afferat.

§. VII.

Verbum verò illud DEI revelatum,  
 unde omnis perfectio, unde salus omnis  
 in religione, ubi est nisi in libris Mosis?  
 Hi primi sunt & antiquissimi fontesque  
 omnium reliquorum Prophetarum.  
 Quicquid gentes habent, etiam sapien-  
 tissimæ quondam, non est ante Mosen  
 scriptum, nec sapit ultra rationem hu-  
 manam eamque communem, nec est si-  
 ne horrenda idololatria, quam sequuntur  
 suisque nugis alunt, non refutant.

B 4

§. IIX.

UTHERANUM,

PRINCIPE

OLO

DO,

E TERRAE

GICAE,

AE GENTIS

GI, COMITE

MROSTOCHII

NASTAE,

O

MENTISSIMO

AE SACRA,

M. DCCXVII.

AE,

## §. IIX.

Tradit nimirum Moses ea de creatione mysteria, eaque de receptione hominis lapsi in gratiam, quæ quàm longissimè superant omnem rationem, eaque tam sanctè, ut nihil sit, quod possit in contrarium opponi. Tradit urgetque eam vitæ sanctitatem in omnibus, quam sana quidem ratio probare debet, nunquam tamen per hanc vitam consequi & implere potest. Tradit eum cultum divinum, cui si rem ipsam spectes, nihil potest addi sive ad salutem sive ad perfectionem, sed modò id restabat, ut quæ finem suum & umbram habent, etiam impleantur tandem. Tradit eam etiam rerum antiquitatem, quæ ab ipsis mundi incunabilis per omnes sibi partes planè conveniens est. Tradit tandem omnia ea mentis integritate, ut quàm longissimè absit à suspitione fraudis & propriæ gloriæ, dum nec sua tacet vitia, nec regimen transfert ad filios suos, nec populum habet sibi obsequiosum, paratumque ad voluntatem, sed contradicentem potius,

Progr  
que in medium prodibunt, con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPUS**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

effitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS J**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem conti  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.

roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

tius, & variè rebellem, quem non vi humana nec verbis, sed divina modò virtute & auctoritate compescit flectitque. Ut taceam consensum reliquorum sanctorum & Prophetarum, qui verbis scriptisque suis, quin & morte sua Mosen comprobarunt.

§. IX.

Solis ergo Mosis libris relinquitur *θεοπνευσίας* gloria, & reliquis Prophetarum scriptis, qui Mosis fidem semper urgent, eamque explicant magis, reducentes etiam eò unicè, facta discessione, rebellem populum. Confluunt namq; eò quàm amicissimè, quæcunque sunt divinitatis in libro argumenta, ut nihil restet, nisi sensus divinæ veritatis, quo commoveatur animus, quique certissimè etiam futurus est, si vel parum attendatur lectis auditisque ex illis libris. Quare hi etiam libri soli fundamentum sunt & norma veræ religionis omnibus illis, qui vel parum sana mente valent, ut quæcunque religio recesserit inde, falsa, & quæcunque per omnes partes conveniat, vera sit & salutem habeat.

B 5

§. X.

86  
 I THERANUM,  
 RINCIPE  
 OLO  
 DO,  
 E TERRAE  
 GICAE,  
 E GENTIS  
 GI, COMITE  
 MROSTOCHII  
 NASTAE,  
 O  
 MENTISSIMO  
 AE SACRA,  
 M. DCCXVII.  
 AE,

Progr

que in medium prodibunt, con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r  
cembr. A.MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

effitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS J**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem conti  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO  
NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

Jam provocant eò & Judæi, & Mu-  
hammedani, & Christiani, homines &  
fide & moribus quàm longissimè à se  
invicem distantes.

Vanam verò esse Judæorum reli-  
gionem, quæ hodie est, vel ex eo patet,  
quia Mesiam sibi aliter fingunt, quàm  
Moses & Prophetæ eundem revelarunt  
& coluerunt, oppugnantes & personam  
ejus divinam Gen. xvi, 7. 10. Gen. XLVIII,  
16. Pl. cx, 1. & satisfactionem ipsa inter-  
veniente morte necessariam pro pecca-  
tis nostris Gen. iii, 15. Ef. liii. & adve-  
niendi statutum tempus Gen. XLIX, 10.  
Dan. ix, 24. sqq. ut reliqua taceam, in  
quibus Judæis nihil potest superesse ad  
salutis certitudinem, nihil ad solatium.  
Conf. Magnifici Dn. FECHTII, quem Pa-  
tris loco veneror, *Disquis. de Judaica Ec-  
clesia.*

Vani etiam sunt Muhammedani,  
qui licet præter Mosen etiam agnoscant  
evan-

evangelium, omnia tamen ita corrumpunt, ut nihil sani relinquunt, substituto insuper in locum Prophetæ ultimi & summi Muhammede suo, homine sanguinario & flagitiosissimo. Quantum enim discedat Alcoranum à Mose & Prophetis, & quibus nugis scateat, singulæ fermè ejus paginæ docent, ut non opus sit longa inquisitione, sed totum se opus statim ipsum destruat vel sola lectione sua. Ita scilicet omni homines libidini suæ permittit *Alcoranum*, ut paradisum etiam ponat in voluptate corporis, hominesque mutet in pejus, proposito illis in præmium paradiso, qui ad omnem impietatem ruunt per arma sua contra Christianos, tanquam immanes barbari, quibus ne humana quidem sapientia quicquam curæ est.

§. XIII.

Suntque & Judæi & Turcæ, omnesque alii minùs rectè sentientes de fide, eò tenaciores, quò magis confirmant naturalem impietatem suam, sibiq; ipsis placent in propriis inventis tanquam suo sætu.

§. XIV.

ATHERANUM,

PRINCIPE

OLO

DO,

TERRAE

ICAE,

E GENTIS

GI, COMITE

ROSTOCHII

ASTAE,

O  
MENTISSIMO

E SACRA,

M. DCCXVII.

AE,

Progr

que in medium prodibunt, con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A.MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

effitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS J**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem conti  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO

NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.

roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

Sola ergo relinquitur religio Chri-  
stiana quæ Mosis & Prophetarum fidem  
sequitur & JESUM CHRISTUM osten-  
dit salvatorem illum mundi, tanquam  
unicum scopum & finem totius veteris  
testamenti, adeò ut nec CHRISTUS nec  
Apostoli aliud quicquam dixerint præ-  
ter Mosen & Prophetas Joh. v, 45. Luc.  
xvi, 29. 31. c. xxiv, 25. sqq. Act. xxvi, 22.  
etiam ubi omnem voluntatem DEI no-  
bis revelarunt, Act. xx, 27.

Longum foret per singulas fidei  
partes idem persequi, idemque repetere,  
quo perfuncti sunt jam olim satis accu-  
rate viri celeberrimi ex antiquitate Ju-  
stinus Martyr, Aristides, Quadratus,  
Arnobius, Clemens Alexandrinus, Euse-  
bius aliique: ex recentioribus Grotius,  
Mornæus, Huetius, Calixtus, & qui sunt  
alii.

Dolendum tamen idem Christiani  
nomen tam miserè distractum esse, ut  
nec una mens nec idem animus, nec  
fides

fides una possit esse omnibus, conf. I. Cor. XI, 19. Mittamus jam Socinianos, Quakeros, aliosque Fanaticos, qui dum negant sacrosanctam Trinitatem, nihil habent inter se, quo possint niti ad salutem Joh. v, 23. Rom. VIII, 9. Qui ecclesiam inter se habent, unde vita & salus animæ, sunt Lutherani, sunt Reformati, sunt Pontificii & Græci & Æthiopes nulli tamen tanta salutis certitudine, tanta fidei simplicitate & veritate, quam *Lutherani: non Reformati*, quia gratiam DEI negant universalem & meritum CHRISTI pro omnibus & singulis interpositum contra Joh. III, 16. 17. 18. neque possunt credere sanguinem & mortem CHRISTI quicquam prodesse, quamdiu negant divinam virtutem carni CHRISTI verè & realiter esse communicatam Johan. VI, 36. neque invocare possunt CHRISTUM in terris tanquam salvatorem mundi, quia negant ipsum esse præsentem in terris secundum carnem. At verò CHRISTUS sine carne non est salvator ille misericors & fidelis, qui sedet ad dextram DEI, secundum omnia nobis

86  
THERANUM,

RINCIPE

OLO

DO,

TERRAE

ICAE,

E GENTIS

GI, COMITE

ROSTOCHII

ASTAE,

O  
MENTISSIMO

E SACRA,

M. DCCXVII.

AE,



*Progr*

que in medium prodibunt, con-  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r  
cembr. A. MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,  
**EL HENRICUS SII**  
ffitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**  
fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere  
**CUS VALENTINUS ]**  
sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**  
obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**  
atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**  
one ad veritatem cœlestem cont  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**  
ione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**

conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus. SERENISSIMO  
NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.  
roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

bis similis factus Ebr. II, 17. ipse ascen-  
dens super omnes cœlos, ut impletet  
omnia Ephes. IV, 20. *non Pontificii*, quia  
inter alia ex lege etiam quærunt salutem  
suam, legisque ad salutem consequen-  
dam urgent necessitatem contra Gal. v,  
4. *non Græci*, quia pariter negant salutem  
nobis fieri ex sola DEI gratia atque ex  
sola sanguinis CHRISTI intercessione,  
quæ fide apprehendenda, ruuntque ad  
varia opera, hominumque traditiones  
& sanctorum intercessionem: *non Æ-*  
*thiopes*, quia nimium indulgent adhuc  
judaicis legibus aliisque ritibus seque  
ipsum inde suspectos reddunt malæ fidei,  
Gal. IV, 9. sqq. Col. 1, 16, ut taceam alia,  
quacunque alias excusatione se velint  
munire laudemque etiam habere veræ  
fidei. Quibus omnibus nec spes salutis  
potest esse reliqua, quamdiu nituntur sua  
hypothesi ex publicis confessionibus su-  
is, nisi velis quodammodo excipere Æ-  
thiopes, qui meliora adhuc de se sperare  
jubent. Plura qui velit, legat contra *Re-*  
*formatos der Theologischen Facultät zu*  
*Wittenberg gründlichen Beweis / librum*  
illum

illum, quem nondum refutarunt, contra *Pontificios* B. Chemnitii *Examen concil. Trident.* cui adhuc responsum debent illi, contra *Græcos* B. D. Veielium de Ecclesia Græc. hodierna, contra *Moscovitas* Dn. von Oppenbusch, de *Æthiopica Ecclesia* Dn. Joh. Ulricum Wildtium sub præfidiis B. D. Dannhaweri. Confer etiam B. D. Kromayeri *Scrutin. Religionum.*

## §. XVII.

Lutheranis nimirum, dum Augustanam confessionem eamque immutatam sequuntur & defendunt, ea est religio, quæ I. exactè convenit cum scriptura sacra, retenta ubique verborum simplicitate. II. Gratiam DEI una cum merito CHRISTI relinquit omnibus hominibus amplissimam, ut nemo excludatur, pro quo non satisfactum in infinitum, & cujus salutem DEUS non serio velit, cuique non suo modo offerat fidem Act. xvii, 31. adeoque efficax satis est fides nostra ad illustrandam DEI gloriam: III. Conscientiam pacat sola fide in meritum CHRISTI, cujus solâ gratiâ nobis

LUTHERANUM,

PRINCIPE

OLO

DO,

TERRAE

MICAË,

E GENTIS

SIGI, COMITE

ROSTOCHII

ASTAE,

O

MENTISSIMO

E SACRA,

M. DCCXVII.

E,

Progr

que in medium prodibunt, con  
Juvenes quidam  
Oratiunculis suis  
in Auditorio r

cembr. A.MDCCII. horis ante

**HARDUS PHILIPPU**

De corruptione hujus Seculi,

**EL HENRICUS SII**

effitate, quâ Scholæ tenentur, j  
adversus errores fidei

**STOPH. FRIDER. MANI**

fferentismi appellatione, tam  
significatio

**NNES LAURENTIUS**

De hominum recens indiffere

**CUS VALENTINUS ]**

sione hominum, maximè Pol

**NNES PETRUS NEU**

obligatione hominis ad notiti

**IAEL HENRICUS CU**

atione ad notitiam specialem

**TAVUS ERICUS FOL**

one ad veritatem cœlestem conti  
erroresque fidei rejicie

**US CHRISTIANUS HELWIG, Berol. March.**

sione hominis, non à voluntatis emendatione, sed ab intelle-  
ctus informatione, incipiente.

**NES LAURENTIUS K NEGENDORFF, Güstrov.**


conjungendâ cum pietate, simul gratias acturus SERENISSIMO  
NUTRITIO & omnibus præsentibus, carmine Germ.

roni Magni, literarum Promotores atque Fautores optimi

nobis remittuntur peccata, non habitâ  
ulla ratione bonorum operum, quæ ne-  
que ante fidem possunt esse Rom. xiv. 23.  
IV. Spem inde nobis gignere potest fa-  
lutis certissimam, ut cum plena fiducia  
thronum gratiæ divini adire semper  
possimus Ebr. iv, 26. x. 22. Paucis: Lu-  
theranis nihil deest, sive quod ad omnem  
veritatem fidei, sive quod ad inform-  
ationem piæ vitæ pertinet: estque penes  
ipso solo vera Ecclesia. Faxit modò  
DEUS, Pater ille omnis gratiæ & mise-  
ricordiæ, ut amor noster adhuc magis  
magisque superfluat in agnitione & om-  
ni sensu, quo probemus nos ea, quæ  
ita differunt in fide nostra & longissimè  
excellunt, ut simus sinceri, intemerati  
& inconcussi in diem CHRISTI repleti  
fructibus justitiæ, qui sunt per JESUM  
CHRISTUM in gloriam & lau-  
dem DEI Phil. 1, 9. sqq.  
Amen.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn832088641/phys\\_0036](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn832088641/phys_0036)

De Riddagshausano coenobio autem hæc traduntur. Dies  
 Kloster hat einen Abbet gehabt und eine feine Schule, darinnen  
 12 Knaben mit aller Nothdurft unterhalten, und in Logicis stu-  
 diis durch einen Magistrum, welchen der Abt besoldet, institui-  
 ret werden. Solcher Kloster-Schulen seyn 6. im Lande  
 schweig, in unterschiedliche Classes abgetheilet, durch w  
 Stipendiaten ordentl. geführet werden, bis man sie ent  
 der Universitæt nach Helmstädt mit Nuß verschick  
 Cum deinde turbulentum *Brunsvicum*, mox vero Gv  
 tum adiiisset, in secessu vicino *Zessen* ab Avia sua te  
 receptus & per 9 dies retentus fuit. Amoenitates aut  
 fementes, dictaqve Monasteria latius enarrabunt Auto  
 Baringium reperiundi.

§. 7.

Hessemo die 4 Martii discedebatur, reliquaque  
 stadio, Schanderslebiaque, *Halam*, intravit, ubi d.  
 præter alia, salinas quoque vidit, de quibus ita: D. M  
 Bericht nach, sollen die Salz-Roten jährlich 2 Tonnen  
 tragen. Doch wird eine wieder auf die Unkosten g  
 Von der andern muß man dem Hrn. Bischof ein gena  
 richten, welcher das Feudum 123 Häusern verleihet.  
 vero de his Salinis Scriptorum nubem collegit Clar.  
 SIGIUS, plenior sine dubio dabunt notitiam in *Bt*  
*xon. Super.* p. 941. In templo Cathedrali Halensi  
 runt Epitaphium D. Mosmanni, ex unica sua uxore  
 liberorum Parentis facti, cujus πολυγενίας alia plurac  
 peditabant exempla, *STISSERUS ad Sirac.* 16. p. 17  
*CARTUS Observat. Hist. Polit. Decad. II.* p. 286 - 2  
*Jac. THOMASII, Oratt.* p. 121. *LANSII Consult.* p. n  
 omittam *STEPNERUM in Inscript. Lipsiensibus: A*

